

ad coronam regni gloria, celestis gloria, distingvens eam à Coronis mundi, vel civilis gloria; sicut eandem loquendi rationem de corona vite, & justitia Spiritus S. adhibet, quod Christus det τὸν ἐφάραν Ἰησὺς δόξης cum articulo gemino, Apoc. II, 10. Sicut & ὁ Ἰησὺς δικαιοσύνης ἐφάραν, II. Tim. IV, 8. notatur, quæ non ab alio, quam à Christo paratur.

32. *Causa Formalis* indicatur per verbum κομισομαι, referentis, reportabitis. Vulg. percipietis, vel sicut Mercatores & Usuratores à nummariis lucrum reportant, Matth. XXV, 27. vel sicut quilibet etiam secundum opera sua præmium percipit, & reportat, II. Cor. V, 10. imprimis secundum opera bona, Eph. VI, 8. vid. magnam remunerationem, Heb. X, 36. ipsam videlicet salutem, seu vitam æternam, tanquam finem fidei, I. Petr. I, 9. Notandum autem, quod hæc reportatio formaliter à priori respiciat dantem gloria coronam, qui non est alius, quam Rex Gloria, Psal. XXIV, 8. 10. CHRISTUS JESUS, Ἀρχιποιμήν, & Princeps Pastorum: à formali, manus Spiritualis est Fides, cum qua Verbum hoc Hebr. X, 36. & I. Petr. I, 9. conjungitur, cum sit manus spiritualis, quæ mediante corona gloria convenienter à Dante, velut superiori Domino, suscipitur: à posteriori, gloriam omnem in debitis subjectis operatur.

33. *Causa finalis* alias est Cui, vel cuius; h. l. potissimum ad Finem Cui respectus habetur, dum hæc gloria Corona Presbyteris, seu fidelibus Ecclesiæ Pastoribus, destinatur. Hoc tamen exclusivè neutiquam est accipiendum, cum etiam Electi reliqui sint Reges cælorum, & gloria, quæ ratione sic etiam valebit istud: Quales Pastores tales etiam Greges, & vice versa. Nos Principi Pastorum in ara gratitudinis ex toto pectore sacrificia cordis offerimus, quod talem, & tantam, fidelibus

Ecclesiæ Ministris Gloria coronam pararit, & re-

servarit: Hic sit & nunc, & olim, Benedi-

ctus in secula seculorum,

Amèn.

